

2. Nullam perfectam ἀντίθεσιν esse in verbis spiritus sancti, dum videlicet non κατὰ τὸ αὐτὸ, ἔν τῷ αὐτῷ, Imagini DEI, quæ primitus in nobis fuit, & ad quam per παλιγγενεσίαν reparamur, in illis supponitur Imago Adami: id quod est manifestè absurdum & falsum. Siquidem ea est vis huius ἀντιθέσεως, ut Imago DEI, per Imaginem Adami penitus destructa esse dicatur: 1. Cor. 15, 48. & 49. Vnde iam evincitur, eandem post lapsum fuisse in Adamo τῆς ἐπιστάκτῃ κακῆς sedem, quæ ante lapsum erat τῆς ἐπικλητῆς καλῆς Iustitiæ Originalis: nimirum non modò in Corpore, sed & vel maximè in Anima.

57. De posteriore questione statuimus, peccatum Originis in neutra parte hominis sola herere, aut successivè transfundi ex hac in illam: sed in utraque simul, hoc est, corpore & anima, in mente, voluntate, ac universis viribus & facultatibus hominis inesse.

58. Vnde rectè Clemens Alexandrinus infert, τὴν γένεσιν εἶναι, ἢ τὴν τῆς σώματος & μόνην, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς, Vitiosam esse generationem, non eam solùm, quæ est corporis, sed etiam, quæ est animæ.

59. Neque verò ideo DEV S peccati autor atque conditor statuitur: Siquidem maximum est
discr-